

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Pontani De Immanitate**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**[S.I.], 1519**

De immanitate. Iram: vlciscendic appetitum esse cohibendum ne  
incidamus in immanitatem

[urn:nbn:de:bsz:31-270824](#)

III. De Immanitate.

Iram: vlciscendiç appetitum esse  
cohibendum: ne incidamus  
in immanitatem.

Tomyris

Mithridates

Aquilius

Leonarda  
Pötani auia.

Att. recens  
immanitatis  
exemplum

**T**ra igitur ipsa libidoq; vlciscendi nunc tanta  
esse debet: ut naturae obliuiscamur: humanaq;  
societatis. Nihil enim tantopere ad immanita-  
tem impellit raptatq; q; reponendæ vindictæ audi-  
tas. Scytharum regina illa Tomyris aurum li-  
quefactum in os gutturq; capti hostium ducis in  
fundens etiam maledictis insultauit. Aurum situ-  
st: auro sitim leua. Quod seruasse etiam Mithri-  
datem Ponti regem scriptum est: victo captoq;  
Aquila duce Romano, Omnino igitur furor ille:  
seurabes rectius dicatur: temperanda est: vel co-  
pescenda penitus. Quod magni est ac summe ex-  
cellentis animi. Auiam meam Leonardam rarissi-  
mi exempli matronam: non sine multis lacrimis  
puer audiebam referentem: Cum inter digladian-  
tes quasdam inter se familias inimicitiae summis  
exercentur odijs: captum quempiam factio-  
ne ex altera: eumq; vestigio concisum in minutissi-  
ma etiam frusta: moxq; exemptum illi iecur in  
prunis: candētissimisq; carbonibus ab factionis  
eius principibus tostum: perq; buccellas minu-  
tim disiectum: inter cognatos ad id inuitatos: in  
ientaculum distributum. Quæ aut luporum tam  
exhanelata rabies: aut sœuentis pro erupta prole  
tigidis hanc ipsam superauerit? Allata etiā post

iii 3

degustationem tam execrabilem pocula non sine collecti cruentis aspergine, Congratulationes habi-  
tae inter se: risus: ioci: leporesque cibum ipsum con-  
dientes. Denique & dijūs ipsis propinatum tantae  
vindictae & autoribus. Quod hic exclamem: nihil  
habeo: ni forte immaniora his: & ab natura homi-  
nis alieniora subiunxerim. Maiores mei pulsū pa-  
tria: domesticas obseditiones: munitionem sibi Exemplum  
constituerant in agro ac solo proprio: turrimque  
ibi ex lapide ædificauerant: qua munita: uxores: li-  
beros: remque familiarem omnem ibidem tueban-  
tur. Indeque aduersarios & suis & clientū atque ami-  
corum opibus infensius lacescebant. Forte acci-  
dit (quod tunc res sic ferebant) ut socijs ab hosti-  
bus suis grauiter oppressis viri suppetias ferrent:  
paucis praesidiarijs: cum mulieribus ac paruis li-  
beris relictis: qui munitionibus ac turri praesidio  
essent. Hoc comperto aduersarij summis conati-  
bus munitiones repente aggressi eas per vim ca-  
piunt. ac propugnatoribus cæsis turrim aggredi  
untur. Proauia ibi mea duobus cum paruis liberis  
se tuebatur. Accedunt germani fratres: factionis  
alterius principes. hortantur deditiōnem uti faci-  
at. Illa deditiōnem pollicetur in columbus tamen  
ac faluis infantulis. Negatur a fratribus conditio.  
Res a gladijs ac sagittis ad incendium venit. Ibi  
infelix matrona: quanque supra sexum fortissimo  
pectore: in abditionem se se locum includens cu-

Exemplum  
domesticum

De Immanitate.

utroq; filio: fumo ac flammis enecta exuritur:  
caruitq; fraternam ob impietatem: factionisq; im-  
manes animos sepulcro. Quorum ego puer cine-  
res (siqui reliqui esse poterant) collectos: Christia-  
na matre id procurante: per eos: qui tunc aderant  
clientes in sanctum ferendos: ac collocandos cura-  
ui. Quamuis autem domesticum hoc factum ta-  
cendum fortasse satius fuisse videatur: fateri tamen  
liceat: ut Aurienta proavia mea nihil muliebri in  
sexu ætas illa fortius atq; in liberos suos indulgen-  
tius vidit: ita nihil eius fratribus fuisse execrabilis-  
us; aut humana ab natura diuersius: quin in sangu-  
inem suum ipsum nihil prouersus perniciiosius: ma-  
giscq; truculentum atq; efferatum. Omnino igitur  
in victoria temperandum: adhibenduscq; vindic-  
etæ modus. Ut si parcete noluerimus: non tamen  
impellamur ad feritatem. Cum hæc ipsa bellua re-  
sit: humanitas vero hominum: generosissimicq; cu-  
iuscq; maxime.

SCHOLIA.

Cyrus

Autum sitisti. Iustinus aliter. Caput enim inquit libro pri-  
mo, Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum con-  
isci Regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis Sacia te  
sanguine, inquit, quem sitisti, cuiusq; insatiabilis semper fuisti.  
Apud Halicarnasseum Cyro mortuo sic insultat, Tu quidem Halicar-  
necum viuentis & in pugna vicitris filium perdidisti dolo ca-  
ptum. At ego te prout interminata sum cruento saturabo. Orosius  
suis cap. 8. secundi Iustini verbis subscribit.

Mithridates Mithridatem. Hic paternos maiores suos a Cyro Darioq;  
conditoribus persici regni, maternos a magno Alexandro ac

Christianæ  
mater Pon-  
tani  
Aurienta  
proavia

Fol. XXVI

Nicanore Seleucosq; Imperij Macedonici conditoribus refe-  
rebat. Plinius iunior dicit eum a septem Persis oriundum, mag-  
nia vi animi ac corporis ut sex iuges equos regerer, Inter cæ-  
tera Mithridati natura vel ingenio tributa id vnum habetur  
maximum, quod duarum & viginti gentium rex, totidem lin-  
guis iura dixit, pro contiones singulare interpræte effatus.  
Autores, Plinius, Gellius, Valerius, & Solinus.

Iustinus Aquilio Romano. Scribit Iustinus libro. 38. quod Aqui-  
lio & Malthinio simul cum Nicomedes non magno labore pul-  
sis, omnem enim orientem aduersus Romanos armarat, multo  
auri argenticis studio veterum regum magnumq; belli appara-  
tum inuenisse Mithridatem, cuius ea magnitudo fuit, ut idem  
refert lib. 37. ut non sui tantum temporis verum etiam superis  
oris ætatis omnes reges maiestate superauerit, bellaq; cū Ro-  
manis per .46. annos varia victoria gesserit. Nec mirū quidē,  
nam .56. annis Mithridates regnauit. Plinio autore. c. 2. li. 25.

Plinius

De immanitate in quam incident præ-  
tores: & qui vindicandis crimi-  
nibus præsident.

Cum vero aliud vincere sit atq; vlcisci: aliud  
punire atq; afficere supplicijs: illudq; sit bel-  
lum: atq; inimicitias excentis: hoc vero iu-  
dicis: ac ciuilibus institutis seruandis præpositi.  
Iudices interdum quosdam videas: præfectosq;  
criminibus puniendis: qui nō voluptatem modo  
cipient e supplicijs: verum quo puniisse gloriari  
possint q; plurimos: noua & inuisita torquendi  
genera ad inueniant: quibus non modo que facta:  
verum etiam que infecta extorqueant. Nobis ado-  
lescentibus hoc siue sauitiae: siue immanitatis ge-  
nere in vniuersa Italia nobilitatus atq; horribilis

h